

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 14: De conditione humana et brevitate huius vite (15)

Augustinus:

Divitiis floridorum et magnorum nobilitate te iactas,
et exultas de patria et pulcritudine corporis tui,
et de honoribus qui tibi ab hominibus deferuntur.
Respice te ipsum quia mortalis es, et quia terra es, et in terram ibis.
Et circumspice eos qui ante te similibus fulserunt splendoribus.
Ubi sunt quos aspiciebant ciuium potestates?
Ubi insuperabiles oratores?
Ubi qui conuentus disponebant et festa?
Ubi equorum splendidi nutritores?
Ubi qui nutriebant canes venationis et aves rapaces?
Ubi equorum cursores?
Ubi exercituum duces et milites? Ubi satrapae?
Nonne omnia pulvis? Nonne omnia faville?
Nonne in paucis verbis memoria eorum?
Respice sepulcra et vide quis servus,
quis dominus, quis pauper, quis dives.
Discerne, si potes, victimum a rege,
fortem a debili, pulchrum a deformi.
Memor itaque esto nature humana,
et ne extollaris aliquando quia valis ad mortem.

Divitiis flores, et maiorum nobilitate te iactas,
et exultas de patria et pulcritudine corporis
et honoribus qui tibi ab hominibus deferuntur.
Respice te ipsum, quia mortalis es, et quia terra es, et in terram ibis.
Circumspice eos qui ante te similibus splendoribus fulsere.
Vbi sunt quos ambiebant ciuium potentatus?
Vbi insuperabiles oratores?
Vbi qui conuentus disponebant et festa?
Vbi equorum splendidi inuectores,

exercituum duces, satrapae, tyranni?
Non omnia puluis? Non omnia fauillae?
Non in paucis ossibus eorum uitiae memoria est?
Respice sepulcra, et uide quis seruus,
quis dominus, quis pauper, quis diues.
Discerne, si potes, uinctum a rege,
fortem a debili, pulchrum a deformi.
Memor itaque naturae,
non extollaris aliquando.

Prosper Aquitanus, *Liber sententiarum*, 392 (CCSL 68A, M. Gastaldo ed., pp.364-5, ll.1-13).